



**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis  
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de**

**Antverpiae, 1610**

6 De his qui iure exigendo poßunt alios ad curiam regis vocare, quo ad primam causarum cognitionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)

Quid ergo, si cōtractus sit factus in eo loco, ubi alias quā ratione contractus ipse contrahens non forsitur forum, & tamen contrahit non vt aduena, sed habens pergulam, & armarium, an possit vt privilegium reuocandi domū ne conueniatur in eo loco, ubi est ex causa necessaria vel quasi necessaria. Et Pau. Cait. in d. §. omnes. nu. 3. existimat quod in hoc casu habeat locum privilegium reuocandi domum. Idem sentit gl. in d. §. legati in verb. destinati, Notat & Iacob. in d. §. omnes. licet gl. in verb. contraxerim. sentire videatur contrariā, dum excludit ab examine causa locum contractus ab aduena facti, cui non coheret aliud domicili ius: quasi admittat locum contractus facti ab habete pergulam mihi profecto multanti arridet, ac placet Pauli opinio.

His equidem libenter ipse adiecerim, posse pro cōtractibus celebratis eo tempore, quo causa privilegii tractatur, non tantum alios, sed & legatos in eo loco, ubi contraxerint, conueniri, quamuis vt aduena conuentione fecerint, & nulla alia ratione, quam contractus, legati ibi forum sortiantur: modo nondum à loco contractus finita legatione discesserint.

Ceterum quo ad appellatam, cuius mentio fit in d. l. 3. §. legati. & quo ad legatū, & alios si agant in curia extra causam appellationis, aliosque ad iudicium uocauerint, inquit Iuriconsultus, quod cogentur, & aliis respondere, nec obtinebunt privilegium reuocandi domum tex. in d. l. 2. §. sed si agant. quem Accursus ibi ita interpretatur, vt non tantum teneantur respondere his, aduersus quos egerint, sed & omnibus. Sic enim inquit Iuriconsultus, compelluntur se aduersus omnes defendere, quem intellectū ibidem sequuntur Alber. Angel. Pau. Fulg. & Iacob. à S. Georg. Innoc. Mar. Soc. in d. c. vlt. de for. comp. ann. 73. ex quibus conitat, hanc opinionem esse magis communem. Poterit tamen locus hic aliter intelligi, vt teneantur legatū se defendere aduersus omnes contra quos ipsi egerint: ita quidem non tenebuntur omnibus respondere, sed his solum aduersus quos ipsi egerint, quosque in iudicium uocauerint: quemadmodum antiquiores quidem ab Accursio citati in d. §. sed si agant. responsum illud intellexerunt, & prater eos Iac. de Rauenn. Butrigarius, & Nic. quorum meminit Alb. Guliel. item de Cuneo, & Dy. quos Paul. Cait. retulit. quorum opinio plane probatur regia l. in d. l. 4. tit. 3. par. 3. quæ erit apud nos omnino seruanda.

CAPVT VI.

De his qui pro iure exigendo possunt alios ad curiam regis vocare, quo ad primam causarum cognitionem.

SUMMARI.

- 1 Miserabiles persona possunt vocare et quotlibet ad curiam regis in prima causa instantia. Et an possint apud iudicem ecclesiasticum eos consentire.
- 2 Pupillus et orphanus hoc privilegium habent, ut possint reos ad curiam trahere, quo ad primam cognitionem.
- 3 Pauperes idem ius habent, quod orphani ac pupilli.
- 4 Pauperibus litigantibus, nisi sint publico stipendio dandi advocati, et an teneatur quis gratis esse patrocinari.
- 5 Pauperi litiganti, an cogatur aduersarius diuos litis expensas exhibere?
- 6 Si iustitiam vel inuentionem querens à suo instituat, que prouiso illi à lege datur, et ibid. intellectus l. si instituta. §. de iustitio. ff. de iust. iur. testam.
- 7 An sit castro danda de restituenda alimentis et expensis, quas reus diues castro sit pauperi actori ministrare?
- 8 Filius pendente filiationis causa ex summaria cognitione percipit mandato iudicis à patre alimenta.

Iure quidem illud est constitutissimum, quod nemo potest, etiam ad curiam principis vocari pro lite examinanda in prima instantia: tamen si possit inuitus ad eam trahi per appellationem. In nemo. C. de iurisd. om. iud. Auth. vt differentes iudices. §. 1. regia l. 1. q. tit. 2. lib. 3. ordi. Sunt nihilominus quidam quibus licet in curiam principis trahere, & vocare illos, à quibus in iudicio aliquid exigere velint, & aduersus quos actiones habent. Hoc enim statutum, & permittum est in multis casibus, quos vulgo dicimus (casos de corte, id est. casus de curia) Rei etenim extra proprium forum & domiciliū coguntur apud curiæ regiæ iudices auctoribus respondere, vbi actor sit pupillus, vidua, pauper, aut denique miserabilis persona. Hoc sane in causis ciuilibus: nam de criminalibus idem est, ac pluribus casibus permittitur. Probat in l. 5. tit. 3. par. 3. inquit enim lex, (O por pleyto, que demandasse huer sano, o ome pobre, o, my cuytado contra algum poderoso, de que no pudiesse alcançar

derecho, tambien por el suero de la tierra.) Apud Gallos item feruari conitat ex stylo Parlamenti. tit. de min. notat Guid. sup. q. 466. & Rebuff. l. 1. tomo in leges regias, tit. de senten. prou. gl. vlt. colum. in h. v. m. c. a. quando Imperator inter pupillum & viduam ad forum. Ita enim inquit Conitant. Augustus ad Andronicum, quod si pupilli, vel vidue, alique fortune in iura miserabiles iudicium non praestentis orauerint, praesertim cum alicuius potentiam perhorrescant, eorum eorum aduersarii examini nostro sui copiam facere. Hec Imperator, ex qua deducitur intellectus ad legem dictionem, praesertim, (quoniam poderoso.) Nam praxis idem admittit ac recepit, vbi iustiores in iure dicuntur tamen regi Neapolit. constituta l. 1. tit. 37. exigat in hoc casu ab his miseris aduersus iustiores. Scribit ad hæc diuus Hieronymus in commentariis ad Hieroniam super cap. 22. regum officium proprium esse facere iudicium, atque iustitiam, & liberare de manu calumniarum vi oppressos, & peregrinis, pupillisque & viduis, qui facilius opprimuntur à potestatibus. præbere auxilium. cap. 2. regum. cap. 2. administratores. cap. 2. principes. 2. 3. quæstiones 5. His & illud conuenit, quod vidua & miserabiles persona, possunt reos laicos coram ecclesiastico iudice super rebus profanis conuenire, vbi iudex secularis neglexerit eis iustitiam ministrare. cap. 1. ex tenore, vbi omnes de foro competenti. cap. 1. iustitiam. vbi gloss. de offic. delegat. notant. Ioan. Lup. in cap. per vestras de donatio. inter viram & vxorem. 2. notat. numero. 5. cum hac personam quoad protectionem pertineant etiam ad ecclesiasticum iudicem. cap. 1. & sequentibus 87. distinet.

Imo & in hoc tractatu solet adnotari, quod vbi quis sit miserabilis, simul & oppressus, nepe per vim, vel alio modo re propria expoliatus, ita vt possit agere interdicto recuperanda, poterit ad hoc coram ecclesiastico iudice agere, etiam aduersus laicum, & de re temporali, eū ipsemet actor laicus sit etiam non data negligentia iudicis secularis. Ad huius conclusionis probationem adducit tex. in cap. 2. parte B. de foro comp. quo in loco sicuti constat ex Pan. & aliis, ita Doct. communium omnium consensu adnotant, & probare conati sunt. Idem Soc. in c. licet ex suscepto de foro comp. c. 2. Et Ioan. Staphilaus, de liberis grat. & iustitia. fol. 159. col. 2. Ego vero hanc sententiam non esse admittendam, opinor ex ratione text. in c. noui de iudic. nec enim Papa nec iudex aliquis ecclesiasticus debet, nec potest cognoscere inter laicos, nec aduersus laicum reum super re temporali etiam ad petitionem miseris alicuius oppressi, & expoliati, nisi iudex secularis negligens fuerit in administratione iustitiae. Nam summus Pontifex grauius offenderet principes seculares, si minime negligentibus ipsius eorum iurisdictionem occuparet. Nec quicquam vrget in contrarium tex. in d. c. parte B. Quia maxima inerat in eo casu suspicio negligentie in iudice seculari propter potentiam rei conuenti, qui actori expoliauerat. Tandem, vt quid in hac questione lensero ingenue profitear, hoc certo scio, hanc communem canonistarum opinionem apud Regia Hispaniarū, & Gallie pretoria risu equidem fore, tantum abest, vt ea in vium, & praxim recepta fuerit. Sed & legem ipsam Regiam quo ad presentem tractatum paulatim iuxta communem vium, & iuris regulam interpretetur.

Primus igitur casus à lege regia constituitur in pupillo, quæ orphanū appellat. Est enim Græca dictio ab Hispanis vsurpata, & eū significat, qui caret patre, Vt iur. hac dictione Imperator l. privilegia. C. de epis. & cler. tradit hanc significationem Laur. Valla. l. 4. elegan. c. 33. distinguens orphanū à pupillo, quod pupillus sit, qui caret patre, est tamen in ea ætate, cui tutor datur. Apud Iuriconsultū in l. pupillus. ff. de ver. sig. accipitur pupillus pro eo, qui cū impubes est, definit in potestate esse vel morte, vel emancipatione. Nos hac in parte pupillum intelligimus eum qui simul sit patre orbatus, & minor pupillaris quidam ætatis: quod notant Cyn. in l. orphanus. ad fin. Cod. epis. & cleric. Alb. in d. l. vnic. col. 1. praxis vero hoc privilegium recepit etiam in minore viginquingentis, qui patre sit orbatus. Nam & regia l. 1. q. tit. 2. lib. 3. l. 1. tit. 2. eodem lib. ord. l. 20. tit. 2. l. 4. tit. 18. & d. l. 5. par. 3. orphano simpliciter tribuit hoc privilegium, non distinguens eius ætatem, quæ tamen necessario distinguenda est ad eos annos, in quibus alieno ductū & consilio viuendum est. Obtinet tamen hoc privilegium in orphanis & viduis, etiam diuis

diuitibus, secundum Azon. in *sum. C. quando Imper. inter pub. ad*  
*fr. Ioh. Innocen. in d. c. ex parte B. de foro compet. nu. 4. Alber. in d. l. v.*  
*nu. 1. Jo. Lird. in c. per vestras. de don. inter vir. & vx. 2. not. ab. nu. 12.*  
 de vidua in specie hoc nor. And. 9. Ifern. in *const. Neap. tit. de*  
*mag. in infirmit. constitutione. A. in. nu. 6. licet quidam con-*  
 trarium notare & alleuerare conentur, tenentes, hoc priuilegium  
 non dari his, qui diuites sunt, ex Innocen. in *significanti-*  
*bus. de off. deleg. & aliis, quos ibi citat Fel. & Rebuff. in d. r. de sent.*  
*pro. gl. vlt. col. 2. Nam & horum opinio tunc obtinebit, cum*  
 tractabitur, an his personis sit subueniendum in expensis pub-  
 licis ad litem prosecutionem: non enim his subuenitur, in-  
 diuites sunt: vt explicat in specie ista hanc questionem intelli-  
 gens Matth. de Afflic. *lib. 1. constitutionum Neap. tit. 33. nu. 4. post*  
*Ifern. in. ibi.*

Leges autem precitate maxime conueniunt in priuilegiis  
 his concedendis sacris cloquiis. Cum scriptum sit *Exod. 22.*  
*Vidua, & pupillo non nocebitis. Esai. c. 1. Defendite vid-*  
*uam, iudicate pupillo. & Psal. 9. Tibi derelictus est pauper,*  
*orphano tu eris adiutor. & Psal. 10. Oculi eius ad pauperem*  
*reclinant. & Psal. 40. Beatus est qui intelligit super egenum*  
*& pauperem.*

Secundus subsequitur casus in eadem lege Regia, *O me-*  
*phore. Quia pauperes habent hoc ius, vt possint apud curiam*  
 reos quoscunque appellare. & ad primam causarum cog-  
 nitionem conuenire. Idem probatur in *d. l. vlt. C. quando mpe-*  
*rior. & deducitur ex ratione text. in d. c. sign. p. cum. bus. exp. flim-*  
 que hoc ipsum constat ex legibus Regiis paulo ante citatis.  
 Ad hunc vero effectum, vt quis citetur ad curiam de iure  
 pauperi responsum ad iudices regios, sufficit summaria  
 quaedam probatio paupertatis, sicut minoris aetatis, & alia-  
 rum qualitatium, quarum ratione potest quis ad curiam vo-  
 cari, etiam si ea probatio facta fuerit parte non citata, modo  
 fiat ex mandato auditorum regiae curiae: idem erit. vbi qui  
 citationis literas impetrare vult, offert e proprio munici-  
 pio aliquam probationem summariam, factamque ex iudi-  
 cis inferioris mandato, modo in curia ex mandato audito-  
 rum a tabellione causae vnus testis prae alios fuerit ad hoc  
 examinatus. Ita enim vsus obtinuit, & decretum est a Carolo  
 Cesare Hispaniarum Rege apud Montisionem Aragoniae  
 anno Domini 1542. Idque decretum extat inter Cancellar-  
 iae Granatenfis ordinationes *fol. 139. [C. l. 2. tit. 12. lib. 2. Recop.]*  
 Quod si reus citatus negauerit hanc paupertatis qualitate,  
 ad probationem admittitur, vt causa quo ad primam cog-  
 nitionem ad iudices inferiores remittatur, si probatum fue-  
 rit, actorem non esse pauperem, nec minorem, nec viduam,  
 nec orphanum.

Sed si quis in paupertatem, & miserum statum inciderit cul-  
 pa sua, luxu, nempe, gula, ludo, aut denique ob crimen, scri-  
 bit And. Ifern. in *d. consil. Neap. nu. 9. hunc non esse ad hoc*  
 priuilegium admittendum. Quia *d. l. vlt. C. quando Imperat. de*  
 his tractat miseris, qui fortunae iniuria in eam inciderint  
 miseriam: quasi non sit idem in his, qui culpa propria in mise-  
 rum statum peruenierint. Hanc opinionem Ifern. sequitur  
 Matth. de Afflic. *lib. 1. nu. 18. & Rebuff. in leges Regias tom. 1.*  
*de sentent. pronis. gl. vlt. col. 4. quibus multa ad stipulantur quae*  
*gl. & alii tradiderunt. in c. quae in ecclesiarum. de const. maxime*  
*Felin. nu. 67. & Dec. col. pen. Ego vero contrariam sententiam*  
 potius probauerim, quia priuilegium hoc alteri non infert  
 graue prauiudicium: cum in curia non tantum actori pau-  
 peri, sed & reo diuiti iustitia ministranda sit. Idcirco ex hoc  
 priuilegio minime aufertur alteri res propria, nec ius sibi  
 ad rem aliquam quaesitum: qua ratione ex multis, quae  
 ipse scripsi *lib. 2. var. res. col. 16. nu. 9. fallam esse censeo Ifern. in*  
 opinionem, certo sciens, eam nequaquam admittendam  
 fore. Et ideo pauper habebit hoc priuilegium, etiam si in pau-  
 pertatem culpa propria inciderit. Quae quidem opinio erit  
 temperanda ex his quae in *d. c. 16. fuere tradita. Quod si vidua*  
 maritum proprium occidisset, profecto non est ad hoc pri-  
 uilegium admittenda, cum actus ille tendat directe ad vi-  
 ditatem.

3 Pauper autem dicitur iuxta commune huius regni usum,  
 quo ad hoc priuilegium, qui non habet in bonis tria mil-  
 lia quadrantum, seu maravedinorum. Quod alibi oportu-  
 nus tractauimus, dum huius temporis numismata veteri-  
 bus contulimus.

Relinquendum tamen est arbitrio iudicis, quae dicantur  
 miserabiles personae, praeter expressam in iure nominatas:  
 secundum Cyn. Alb. Bal. Bart. & Dd. in *d. l. vlt. C. quando Imper.*

Abb. & Dd. in *d. c. significantibus Alber. in 1. par. stat. q. 112. Rebuff.*  
*in d. gl. vlt. col. 4. quorum opinio communis est.*

Eadem considerationis causa equiuocum est, & fieri debet,  
 quod pauperibus litigantibus detur aduocati publicis expen-  
 sis enim congruit reipublice bene instituta. *gl. in d. l. 1. §.*  
*ait prator in prin. si. de postulan. eutus meminit scribens, ita apud*  
 Gallos fieri Nic. Boer. in *decif. 325. hoc ipsum apud nos etiam*  
 feruatur in cancellariis, & pratoris Regiis, in quibus con-  
 stituti sunt aduocati, & procuratores, qui publico stipendio  
 accepto gratis ipsis pauperibus patrocinantur: quemadmo-  
 dum cautum est in pragmaticis regum Catholicorum Fer-  
 dinandi, & Elisabeth. *l. 40. & 41. [C. l. 16. & 24. tit. 16. l. 1. Recop.]*  
 Imo apud Gallos vbi non fuerit aduocatus pro pauperum  
 patrocinio publicis expensis constitutus, si rex cum paupe-  
 re litigat, tenetur ei expensas litis soluere secundum Boerium  
*decif. 33. colum. 2. & decif. 324. sed & generaliter quoties deficit*  
 aduocatus publico stipendio pauperi suffragaturus, cogend-  
 us a iudice erit aliquis aduocatus gratis pauperi patrocinari.  
*gl. Host. Abb. Fel. & omnes in c. 1. de off. iud. Bald. in l. si furi. off.*  
*C. de nup. tal. in §. omnes. vers. arrip. col. pen. de action. Dec. in c. 1. de probat.*  
*nu. 46. gl. quae in notario, ac tabellione loquitur in l. tam demen-*  
*ti. C. de episc. aud. regia in aduocato lex 6. tit. 6. par. 3. & de tabel-*  
 lionibus pragmatica constitutio *l. 56. rot. Guid. Pap. q. 561. text.*  
*opt. in l. nulli. §. post vnus. vero. C. de episc. aud. Rebuff. Tomo 1. in le-*  
 ges regias. *in. se sentent. pronis. gl. vlt. in colum. 5. quod si nollet ad-*  
 uocatus mandato iudicis pauperi gratis patrocinari, poterit  
 iudex ad tempus arbitrarium ei interdicere officium aduo-  
 cationis. *d. prouidendum. C. de postul. vbi Bald. Roma. in sing. l. 259.*  
 Abb. in *d. c. 1. textus opt. in l. 1. §. cura carnis. ff. de offic. praefect. vbi a.*  
*l. moris. §. sum autem. ff. de panis. Regia l. 5. tit. 19. lib. 2. orbi. quae statuit*  
 hunc aduocatum interdicendum esse propter hanc cul-  
 pam officio aduocacionis per annum. Et haec sane recte in-  
 stituta sunt. Nam & in conscientia iudicio aduocatus reus  
 est mortalis peccati, si nolit pauperi patrocinari, vbi propter  
 extremam necessitatem litis estimatio, & ea quae pauper ex-  
 igit in iudicio necessaria ei sunt ad seipsum alendum, ne fa-  
 me pereat, nec possit aliunde patrocinium ministrari: si  
 vero haec necessitas extrema non sit, iuxta huius necessita-  
 tis qualitate erit culpa venialis: sicuti resolut Thomas sic a  
 Caietan. intellectus in *2. 2. q. 71. art. 1. imo & grauis necessitas*  
 litigantis ipsiusque aduocati possibilitas ad hoc obligant  
 eundem sub reatu mortalis culpa, quod Syluest. sentit in *verb.*  
*aduocatus. q. 28. & explicat optime Domin. Soto lib. 5. de iust. &*  
*in. q. 8. artic. 1.*

Est tamen in hac questione dubium, vtrum actori pau-  
 peri cogatur reus diues expensas litis suppeditare? Etenim  
 Guido Pap. *q. 461. cuius modo meminimus, tenet, cogendum*  
 esse reum diuitem actori pauperi litem expensas ministrare  
 ex *l. vlt. §. quod si ei. C. de ord. cogn. sequitur Guidonem Aymon*  
 Saullia: *conf. 164. in contrarium virget text. in l. Imperatores. ff. de*  
*tut. & ratione dicitur. Imperatores, inquit Vlpian. Sever. &*  
 Anton. referuntur in haec verba, Cum hoc ipsum quara-  
 tur, an aliquid tibi a tutoribus, vel curatoribus debeatur,  
 non habet rationem postulatorio tua, volentis in sumptum liti-  
 tis ab his tibi pecuniam subministrari. Nec oberit text. in *d.*  
*l. vlt. §. quod si ei. inibi siquidem traditur casus specialis,*  
 quoties per dominum agentem in causa seruitutis ablata  
 fuere bona ab eo, qui erat in quasi possessione libertatis: &  
 sancitum est, quod si dominus illum in seruitutem vindica-  
 uerit, bona illa sunt pendente lite seruo restituenda, ita  
 demum si praestiterit idoneos fideiussores de his bonis do-  
 mino restituendis eo causa, quo a iudice seruus pronun-  
 cietur: quod si non poterit dare hos fideiussores, bono se-  
 questro traduntur: ex eis tamen litem sumptus, & alimenta  
 litiganti pro libertate dentur. Vnde apparet in hoc casu da-  
 ri expensas, & alimenta litiganti pauperi ex bonis, quae ei  
 ablata fuerunt, & quae praesumebantur ipsius esse propria,  
 quae ipse item possidebat, quibusque priuata auctoritate fue-  
 rat expoliatus, denique ipsi restituerentur, si fideiussores  
 dedisset: & tamen non datis fideiussores non restituuntur  
 propter status controuersiam. Ex hac vero decisione absur-  
 dum, ni fallor, est idem deducere ad bona, quae pauper  
 actor nec possedit, nec eius esse praesumuntur, nec res-  
 tituenda ei forent pendente lite etiam idoneis datis fide-  
 iussores, & quibus ab ipso reo non fuit expoliatus. Hanc  
 responsonem, & intellectum istum ad *d. §. quod si ei. col-*  
*ligo ex Bald. ibid. & Io. Lup. in c. per vestras. de don. int. vir. & vx.*  
*§. 36. Quamobrem Boerius decif. 303. col. 2. alicuerat, se nuf-*  
 quam

quam vidisse in praxi receptam fuisse prædictam Guidonis opinionem: idem ipse profiteor existimans nihilominus, tam seruandam fore, vbi perpenso statu litis, & causa constaret aliqua non leuis præsumptio pro iure actoris pauperis. Nec id temere opinor, imo iure id verum esse ostendam ex his, quæ statim examinare constitui.

Constat sane iure civili, quod si quis petat bona paternæ sibi restitui, & agat querela testamenti inofficiosi, cogitur reus dare huic actori pendente lite expensas litis, & alimentis tribus concurrentibus, quorum primum exigit, actorem hunc esse filium, vel nepotem testatoris: secundum, quod sit actor pauper: tertium, quod habeat primam sententiam pro se iam aduersus reum latam. *Text. celebris in l. si instituta. §. de inoffic. ff. de inoffic. testa. quem ita intellexere gloss. Bart. Alb. Ang. Pau. de Cast. & Fulg. ibi. atque ideo hæc est communis opinio. Item notat Alc. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 9. numer. 9.*

Quantum ad primum, idem est dicendum in pronepote, & alio quouis descendente à testatore, cum eadem sit vtrouque ratio secundum Rebuff. *l. homo in leges regias tit. de sentent. prouis. art. 1. gl. 2. col. 2. qui idem probat in patre, & ascendentibus. Nam & his non minori iure legitima debetur, quam filiis. l. nam estis parentibus. ff. de inoff. testam. Idem erit in vxore nõ tantum agente contra maritum, quod Ioan. Lup. tradit in d. e. per vestras. §. 39. ampliat. & ex his, quæ Innocent. & alij not. in c. ex parte. de accusat. Matth. de Afflict. decis. 10. Soc. cons. 286. l. 2. Hosti. in summ. tit. de accusat. §. qui post. vers. quis contingit. Apud quos in specie hoc ipsum explicatur: sed & idem erit in agente vxore mortuo marito ad petitionem dotis, & donationis propter nuptias: quemadmodum colligitur ex traditis in l. pen. ff. in poss. legat. per. Bart. in l. si neget. ff. de liber. agnos. notat in specie ista Rebuff. *l. homo super leges regias tit. de sentent. prouis. art. 3. gl. 1. ac traditur in stylo parlamenti Parisiens. tit. de minoribus col. 3. siue tit. de prouis. ad fin. quo in loco est adnotatum, secus esse in extraneis, & in his, qui agunt ad bona hæreditaria fratris, sororis, alteriusve cõsanguinei ex transuersa linea: quasi in his locus non sit decisioni Iuriconsul. in d. §. de inoffic. quod tunc obtinet, eum agitur ad hereditatẽ ex causa intestati: nam si ex testamento non raso, nec cancellato ageretur, posset fortassis admitti Iuriconsulti responsum ex ratione l. vltima. C. de edict. diui. Adriani toll. sicut Rebuff. censet in comment. ad leges regias, tit. de sentent. prouis. art. 1. gloss. 2. Ego vero quo ad litis expensas, generaliter video à quibusdam probari, quod vbi actor pauper est, & litigat super bonis, quæ præterdit esse communia, vel ad se pertinere, & habet aliquam pro suo iure præsumptionem, ille sint ei ab aduersario ministrandæ: vt explicant Spec. *tit. de inquisitor. §. vlt. vers. porro. Aret. in c. si qui testis de test. 14. & Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 9. n. 9. atq; iuxta hunc sensum posset obtinere, quod paulo ante ex Guidone adnotauimus. Tamen si extra casum Iuriconsulti in d. §. de inofficioso, nusquam ipse viderim hoc receptum fuisse, nec audiuerim apud Hispaniarum regia prætoria. Nec tamen negauerim, etiam quod ad alimenta maximam habere equitatem quod Iuriconsultus tradidit, non tantum in filiis, & nepotibus, sed in fratribus, aliisque successoribus ex testamento non raso, nec cancellato, vel ab intestato, quoties ex aduerso non negatur, bona illa, quæ petuntur, ad mortem vsque fuisse à defuncto possessa, vel eorum dominium habuisse illum, donec mortem obierit: & præter hæc subest non leuis præsumptio pro iure agentis. Ipse memoria teneo semel in Granatensi prætorio, iudiciũ interloquutione coactum reum alimenta dare ad certam vsque quantitatem actori, qui fratris intestati hereditatem petebat, quique nondum aliquam sententiam in eius fauorem obtinuerat.***

Secundum, quod Doctores exigere videntur in d. §. de inofficioso. ad hæc alimenta prestanda, vbi habet à sententia prima, quam actor obtinuit. Nam licet ab ea fuerit prouocatum, & ex ea causa suspensus sit effectus sententiæ, ita vt pro ea non præsumatur virgenti præsumptione. *l. 1. ad Turpillian. cap. venientes. de iureiurand. de re iudicata. gl. in l. Herennius. §. Cais. ff. de euict. omib. tradunt Hostiens. Anton. Anchar. Cardin. & Doctores in c. in presentia. de renunciat. Abb. Felin. late nu. 31. & Dec. num. 32. in cap. quoniam contra de probationib. Abb. in c. reuor. num. 6. de re iudic. Alber. Brun. in tract. de forma sol. 83. col. 2. Curt. cons. 65. col. 16. Alexan. in cons. 146. lib. 2. Guliel. Cassador. in decis. vnic. de præsumpt. Alciat. reg. 3. præsumpt. 22. Rursus Dec. in Rub. de appell. solum. 4. & August. Berouius in d. §. quoniam contra, num. 228. penes*

quos lata est examinatio, an pro sententia pendente appellatione præsumatur: item quæ sit præsumptio pro illa, quæ & quo ad eius iustitiam: nihilominus sententia adhuc appellatiõis pendente, quandam habet præsumptionem naturæ effectus, quorum mentio fit in præsumptio aliquot operatur effectus, & in d. §. de inofficioso. cuius ratione controuertitur, an sit locus eidem responso ante primam sententiam, in primæ instantia. Et sane quidam opinantur idem seruandum stranda, etiam si is nullam obtinuerit in causa sententiã reuocandam, & tunc sub sit eadem equitas, idemque ius, modo aliqua nõ leuis pro iure agentis ad sit præsumptio. Hec enim est sententia Rotæ decis. 11. tit. de iudiciis in antiquiorib. & Mathæus de Afflict. decis. 11. qui testatur, ita bis definitum fuisse in magno regi Neapolitani prætorio. Idem probat asseuerans, hoc ipsum in regno Franciæ obseruari, Rebuff. in leges regias in d. Rub. de sent. prouis. art. 1. gloss. 2. col. 2. idem quo ad expensas litis probare conantur Aret. & Alciat. post Specul. quorum paulo ante mentionem fecimus. Non obicit huic opinioni, quorum quam ipse quandoque vidi receptam fuisse in hoc prætorio: text. in d. §. de inofficioso. Ideo etenim exigitur ibi sententia, quia filius fuerat testamento patris exheredatus, cuius sicut non competit Carbonia bonorum possessio, nec ex eius percipiendi alimenta l. qui de inofficioso. ff. de inoff. test. ita nec competit ius petendi ab aduersario alimenta, nec sumptus litis, donec habeat sententiam: ex qua etiam pendente lite deducatur & oriatur præsumptio contra testamentum Patris, quæ aliqua ex parte elidat præsumptionem illam iure veteri constantem pro patris testamento: siquidem olim filio à patre exheredato, præsumptio quadam aequitatis pro iusta exheredationis causa. Et ideo exheredatus filius agens de inofficioso tenebatur probare testamentum inofficiosum, & sine causa fuisse exheredatum inofficiosum, & iure communitate recepta. ff. de inoff. testam. hodie vero diuersa est huius rei causa: cum præsumptio maxima sit pro iure filii exheredati aduersus patris exheredantis testamentum: qua ratione, nisi hæres probauerit causam iustam exheredationis, plane filius obtinebit: sicut constat ex gloss. in l. vlt. in prin. §. quod met. can. & Alc. reg. 1. præsumpt. 16. text. optimus, in l. omnimodo. C. de inoff. testam. & in Auth. vt cum de appellatione cognoscitur. §. aliud quoque cap. Igitur his omnibus ad amissum perpenso, minime dubitare quisquam poterit, parum, aut profecto nil virgere autoritatem Iuriconsulti in d. §. de inofficioso. ad communis sententiæ probationem, imo dici non temere potest, etiam ante vllam sententiam esse admittendum Iuriconsulti responsum. Quia in re oportet exactissime obseruare vtriusque litigatoris iura, & præsumptiones, vt tandem alimenta dentur à reo actori quoties virgenter est pro ipso actoris præsumptio, quam pro ipso reo: quod si reo potius, quã actori patrocinentur acta causæ, & præsumptiones, tunc plane non est reus cogendus alimenta, nec litis expensas actori exhibere.

Tertio requiritur ad intellectum, & praxim huius conclusionis, quod actor sit pauper, ex his quæ notantur in l. extraneo. ff. de ven. in poss. mittent. per Bart. Alex. in cons. 48. in 3. lib. Abb. & alios. in c. cum haberet. de eo qui duxit in matrimonio. quem polluit per adulter. atque ita hæc est communis conclusio: tametsi Rebuff. in d. Rub. de sent. prouis. art. 1. gl. 2. scripserit, in senatu Parisiens. quandoque seruatum fuisse, vt in casu d. §. de inofficioso. etiam diuiti actori cogatur reus expensas litis, & alimenta exhibere.

Quantum his ipse addere minime dubitabo: id etenim receptissimum est, nempe dandam esse cautionem idoneam de restituendis his alimentis & expensis, si actor ipse in causa succubuerit, aut accepto serundis, vbi is victoriam obtinuerit. Quod poterit deduci ex l. cum auar. §. cum reddetur mancipium. Ibi, quod tardius hominem ei restituit ff. de adil. ed. vbi probatur emptorem debere omnino venditori restituere, si redhibitoria egerit, non tantum fructus, sed & si quid à venditore consecutus est ex eo, quod ei hominem venditum tradiderit. Deinde ratio dicit hoc ipsum agendum esse, vel ex eo, quod pauperes non inuitentur ad temere, & incaute agendum in iudicio, vt interim dum lis finitur obtineant expensas & alimenta, quæ postea minime sunt præ inopia reddituri: si contigerit, eos calumnia litigasse, & ideo vinci, quia ius eis defecerit. Ex contrario, Mal. hierus

si fuerit in praesentia de possessorio num. 27. asserit, nec dandam esse hanc cautionem, nec actorem hunc, etiam si victus fuerit, teneri ad restitutionem eius quantitatis, quam ex hac causa a reo habuerit, vel acceperit. Eandem opinionem probare conatur Boerius decis. 324. col. 2. ex tex. in l. 1. §. inter esse. ff. si mulier ventris nomine in possessione calumniae causa esse dicatur. quo in loco apparet, mulierem ventris nomine nullam possessionem, & demum victam, non teneri ad restitutionem alimentorum, quae ventris nomine perceperit, nisi per calumniam in possessionem venerit. Alii vero loci, qui ad hoc adducuntur, mihi admodum abesse videntur ab huius opinionis probatione. quoniam & text. in d. §. inter esse. speciale quid statuit in fauorem ventris: cum satis sit alia non alendum, quam fame necare alendum: eum equidem, qui omnino bona, & alimenta habiturus foret, si vere in ventre conceptus esset, & naceretur: ut inquit Accursus. l. auctoritate tex. in l. 1. §. si sed si certam. ff. de ventre in possessione. l. vlt. C. de Carbon. edit. vbi gl. adducit, & not. tex. in d. §. inter esse. idcirco priorem opinionem censeo iure veriore esse, nec usquam vidi contrariam admitti. Nam quoties haec alimenta, aut litis sumptus iubetur reus actori exhibere, non aliter id decernitur, quam data idonea cautione de eis restitendis, si forte actoris succubuerit in causa.

Solet tamen dubitari, quoniam quantitas sit de finienda ad haec alimenta, & litis sumptus: & dubio procul hoc est arbitrio iudicis relinquendum. Nec enim certum quid constitui potest pro omnibus negotiis. arg. l. 1. ad fin. ff. de iure delib. & eorum quae notantur in e. de causis. de officio del. atque ita receptum esse passim constat, & testatur Rebuffus in d. r. de sent. prouis. nu. 29. & 30. licet Massuerus in praesentia de possessorio n. 27. Boerius in d. decis. 324. col. 2. & stylus Parliamenti in d. prouis. ad fin. eiusque auctor scripserint, quartam partem rei vel fructuum, & redituum eiusdem, super qua litigatur, dandam esse, ad haec alimenta & litis expensas. l. antiqui. ff. si pars heredes. per.

Postremo in hac questione est omnino considerandum, quod si vbi quis asseuerat se esse alicuius filium, & ea ex causa petat alimenta, vel se illius filium pronuntiare, iudex interim pendente lite, praemissa quadam summaria cognitione, an actor sit rei conuenti filius, compellet reum alimenta exhibere actori donec constet, non esse illius filium per definitiuam iudicis pronuntiationem. gl. quae hunc sensum, comode patitur in e. 2. qui sit. nisi leg. Bar. in l. neget. ff. de alien. lib. id est sentit gl. in vlt. C. de alien. lib. & in l. si quis a liberis. §. si vel parentis. ff. de l. agnos. sufficiet autem vnus testis ad huius rei cognitionem summaria. Bart. in extraneis. ad repraesentand. in verb. summarie. vel ipsius petentis iuramentum, aut fama filiationis. regia l. vltim. tit. 19. par. 4. Nam & alimentorum causa pia est, quem admodum praeter alios tradunt Alex. in l. 1. num. 6. ff. sol. mar. & Catel. Cotta in memor. ab. d. ditione alimentorum. & sane vbi hoc modo ex praesumpta, vel probata summarie filiatione, alimenta pendente lite a parentibus filiis exhibentur mandato iudicis, non repetuntur postea, etiam si constiterit in plenaria cognitione, actorem filium non esse illius, quem ut verum parentem in iudicium vocauit, sicuti gloss. censet in l. vlt. C. de Carbon. edit. auctoritate tex. in d. §. inter esse. sequunturque gloss. istam frequentius iuris civilis interpretes.

CAPVT VII.

De vidua priuilegium habente trahendi, & vocandi reum ad curiam principis, quando eo vti possit.

SUMMARIA.

1. Vidua habet priuilegium vocandi ad curiam regis eius aduersarios, modo non nescia sit.
2. Famula virgo, quae coelibem vitam agit, an habeat priuilegium viduae?
3. Reclusa an habeat priuilegium vocandi quemcumque ad curiam regis, quo ad primam causarum cognitionem.
4. Vidua, pupillus, & alii habentes fori priuilegium, virum possint eo vti aduersus simile & parius habentes?
5. Vidua habet priuilegium declinandi forum proprii domicilii. Expetendi quod causa tractetur in curia regis, & ibidem exceptione litis capta, quae excludit hoc priuilegium fori, nec restituit aduersus eam datur.

Vidua, quod paulo ante obiter explicuimus, ius hoc & priuilegium habet. vti possit ad curiam regis quos libuerit vocare quoad primam causarum cognitionem, & in prima instantia, quem admodum probatur in l. vltima. C. quando imper. inter pap. & vid. l. 41. tit. 18. par. 3. l. 20. tit. 2. ad. par. l. 1. tit. 1. [hodie. l. 1. tit. 1. lib. 4. Recop.] l. 14. tit. 2. lib. 3. ord. [hodie. l. 8. tit. 3. lib. 4. Recop.]

idem constat ex his autoritatibus, quas in proximo cap. adduximus. Et vere tunc obrinet, cum vidua honestam agit vitam. Semper etenim dum res ista discutitur, statim tractatur, an vidua honesta sit, honestamque vitam agat: siquidem vidua priuilegia iure viduitatis concessa statim amittit, si luxuriose, aut in honeste viuat, sicuti passim traditur: & in hac specie huius priuilegii expressim hoc not. Andr. Ifern. in constit. Neapol. tit. de officio magistrorum. num. 6. Matth. de afflict. lib. 1. constitutionum eandem. tit. 3. §. 4. num. 4. & 5. Lucas de Penna in l. 2. col. 2. C. de priuilegiis scholarum. libro 12. Felin. in c. significatiuis. col. penult. de officio delegatorum. text. opt. in l. bis solis. vbi Balb. & Salic. C. de reuoc. denat. Authent. eiusdem partis. C. de secund. nupt. quo in loco Ioan. Carronius nu. 20. multa hac in re tradit. Quibus & illa fere similis est questio, an vidua propter stuprum, dotem, & alia perdat, quae iure, ac titulo matrimonii pristini obtinuit, & obtinuisset, si castam egisset vitam: quam equidem quaestio nem ipse olim examinatum in epitome ad quartam Decretal. 2. part. c. 7. §. 6. nu. 10.

Saepe tamen contingit dubium illud, quod quaeritur, an ea femina, quae coelibem vitam agit, nec usquam virum habuit, nec de nuptiis tractat, etiam maior sit, habeat hoc ipsum priuilegium. Accurcius etenim in l. malum. in verb. viduam. ff. de verb. signi. adeo dubius est, ut nec certam sententiam elegerit. scribit tamen Iurisconsultus in d. l. malum. viduam etiam dici eam, quae coelibem vitam egit, nec usquam virum habuit, ex eo dicta, quod sit sine dote, ut va. cors. va. sanus. Quomobrem quidam existimant, idem in hac, quod in vidua dicendum esse huiusque opinionis sunt Azo in summa. C. quando imper. inter pupil. & vid. vbi eandem opinionem probant Cyn. Olor. Alber. Bart. & Fulgof. Io. Lup. in c. per vestras. de donat. inter vir. & vx. 2. not. ab. nu. 12. Guid. Pap. decis. 566. Andreas Ifern. in constit. Neapol. tit. de officio magistrorum institutum in constitutione statutum, nu. 10. & Matth. de Afflict. ibi. lib. 1. tit. 37. nu. 29. Rebuff. in leges regias. 1. tom. tract. de sent. prouis. art. 3. gloss. vlt. col. 2. est & haec opinio communis, ut testatur Fulgo. in d. l. vnic. contrariam tamen sententiam mihi videtur eligere gl. in d. l. vnic. du haec vltimo loco ponit, quam sequitur ibi Fran. Accur. Quibus suffragatur tex. ex duo Hieronymo in epist. ad Fabiolam de veste Sacerdotali in c. vidua. 34. dist. vidua enim, inquit, est cuius maritus mortuus est. Huc etiam pertinet quod ex propria significatione, & stricta vidua dicitur ea, cuius maritus mortuus est, non ea, quae nunquam virum habuit, siquidem Iurisconsulti, responsum in d. l. malum. ex lata significatione procedit, ut placet Socin. in c. ex tenore. de foro compe. num. 6. Fel. in d. c. significatiuis. de officio delegatorum. & Alciat. in d. l. malum. Hec vero lata significatio non est admittenda in hac quidem specie, & in hoc casu, vbi agimus de priuilegio aduersus iuris communis regulas exorbitanti. Deinde communis usus loquendi, qui maximam in his rebus auctoritatem habet, l. liberorum. §. quod tamen Casinus. ff. de leg. 2. viduam illam appellat, quae maritum habuit, & amisit, non autem eam, quae coelibem vitam egit. glo. in d. l. malum. Abb. in d. c. ex tenore. ad finem. Quibus sane rationibus ipse adducor, ut existimem, hoc priuilegium, cuius metio fit in d. l. vnic. his tantum viduis concessum esse, quae maritum habere, non his quae coelibem egere vitam. Huic sententiae non oberit tex. in d. l. malum. Nam praeter aliam responsum, quam ex Socin. item & eam, quam ex Panor. adduximus, apparet Iurisconsulti responsum potius pertinere ad quandam vocis similitudinem, & analogiam ad veram dictionis etymologiam. Quod Alciatus argute ostendit ea ratione, quia vidua habet illud, vbi breue. Quid. r. Pastorum:

quasi in vidua tristitia signa domo. Sed si vidua dictio composita fuisset a ve, & dicitate, deberet longo accentu produci prima syllaba, cum ea longa sit in p. e. cors. & va. sanus. Obstat etiam Iurisconsulto, ut illa non sit vera etymologia, quod vidua dicitur ab iduo. idus, verbo antiquo, quod diuidere, separare, & priuare significat, inde idus, appellant diem diuidentem mensem. Hinc Horatius libro 4. carminum. Ode 11. ad Phyllidem, inquit:

Idus tibi sum agenda,  
Qui dies mensem Veneris marina  
Finit Aprilis.

Vidua igitur dicitur quasi a viro separata, eo priuata, seu orbata marito: authore Macrobius, lib. 1. Saturnal. c. 15. Hoc ipsum notant Hugutio, Io. de Fantucis, & Archid. in d. c. vidua atque hinc deducitur viduare verbum pro priuare, & orbare. Virgil. S. Aenidos:

